



**R. P. D. Thomæ Delbene Marvbiensis, Clerici Regvlaris,
Sacrae Theologiae Professoris ... De Immvnitae, Et
Ivrisdictione Ecclesiastica**

Bene, Thomas del

Lugduni, 1674

LVII. An contrahat Motus Gregorij XIII. Vbi gratia, excommunicationem
reservatam contra ingredientes Monasteria Monialium virtute facultatum
vsque tunc concessarum decretam, ingrediens virtute ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98676](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98676)

DUBITATIO LVII.

An contrahat Motus Gregor. XIII. *Vbi gratia*, excommunicationem referuatam contra ingredientes Monasteria Monialium virtute facultatum vsque tunc concessarum decretam, ingrediens virtute licentiae ab Episcopo ante dictum Motum Gregorij XIII. concessa.

S V M M A R I V M.

- 1 *Ingressi virtute licentiae ab Episcopo ante dictum Motum Gregorij XIII. concessa contrahit excommunicationem referuatam contra ingredientes Monasteria Monialium virtute facultatum vsque tunc concessarum decretam, & cur.*
- 2 *Auctor facit unum obiectum assignando contradictionem in dicto Motu: tandem soluit, & concludit.*

Suppono, dubitationes sequentes locum habere etiam in Motu Pauli V. *Monialium statu*. Hoc supposito.

Respondetur affirmatiue, quia dictus Motus Gregorij XIII. loquitur in principio de quorumcunque Superiorum licentia, sicuti constat ex iis verbis: *Tunc a praedecessoribus nostris, quam etiam a nobis, & Sedis Apostolicae Legatis, aut aliis: vbi per ly alius, satis clare comprehendit omnes Superiores, qui possunt licentiam concedere, quia alioquin esset verbum superfluum: ergo, &c.*

2 *Obiicies: Motus Gregorij XIII. paulo post principium excommunicat ingredientes ex licentia Episcopi, vel alterius legitimi Superioris, praeter casus necessarios concessa; cum tamen in principio excommunicauerit ingredientes virtute licentiarum, etiam in casibus necessariis concessarum: ergo si dicatur, Motum loqui in principio etiam de licentia Episcoporum, ac inferiorum Praelatorum, erit contradictio.*

Respondetur: nego consequentiam, quia in principio loquitur Motus de licentia a quocumque vsque tunc ob quamvis urgentissimam causam concessis, quas omnes reuocat, & ideo illis iam reuocatis vtem excommunicat; paulo vero post loquitur de licentia in posterum concedendis, quas ibi non reuocat, & ideo solum illis, extra casus necessarios, vtem excommunicat.

DUBITATIO LVIII.

An contrahat eiusdem Motus Gregor. XIII. poenas ingrediens solum virtute facultatis alicuius sibi concessa, vel etiam ingrediens absque vlla prorsus facultate, seu licentia.

S V M M A R I V M.

- 1 *Ingressi Monasteria Monialium solum virtute facultatis alicuius sibi concessa, vel etiam ingrediens absque vlla prorsus facultate, seu licentia Thom. Delbene de Immunit. Eccles. Pars II.*

tia, contrahit poenas Motus Gregor. XIII.

- 2 *Motus Gregorij XIII. cum sit poenalis non est extendendus ad casum alium similem, etiam ex identitate rationis.*
- 3 *Excommunicatio lata contra Matrimonium contrahentes in Clement. vnic. de consanguin. & affin. contra solemne votum castitatis, comprehendit tantum Moniales professas cuiusque nubentes, & eas in uxores accipientes, & viros professos, & vel in sacris constitutos matrimonium contrahentes, non autem feminas saeculares professo nubentes.*
- 4 *Pius V. in quodam suo Motu, qui incipit, Regularium personarum, excommunicationem decreuit praecipue contra seminas Monasteria virorum praetextu facultatum vsque tunc concessarum ingredientes.*
- 5 *Afferuntur nonnulla argumenta ad probandum mentem Gregorij XIII. fuisse comprehendere quoscumque ingredientes, & admittentes: demum soluntur.*
- 6 *Motus Gregorij XIII. & similis circa clausuram, licet tendat ad vitanda peccata, & in salutem animarum, tamen quoad clausuram est simpliciter odiosus, & non favorabilis.*
- 7 *Ingressi, vel admittens sine vlla facultate, & licentia grauius delinquit, quam qui cum facultate, seu licentia.*
- 8 *Argumentum desumptum a maiori, seu minori rationis in materia censurarum non valet.*
- 9 *Multoties in iure magis puniuntur delicta minora committentes propter specialem rationem qua in illis concurrunt.*
- 10 *Ingressi etiam ad malum finem, dummodo tamen sine praetextu licentiae ingrediatur, non contrahit probabilius poenas Motus Gregorij XIII.*
- 11 *Lex poenalis probabilis non extenditur quoad poenam ad casum non expressum, etiam si in illo sit maior, nedum eadem ratio.*
- 12 *Ingressi, qui habent dictas facultates, si ingrediuntur non facultatibus inuites, sed quasi illas non habentes, non contrahunt poenas dicti motus Gregorij XIII.*
- 13 *Item nec eas contrahunt admittentes sic ingredientem.*
- 14 *Admittens ingredientem Monasterium Monialium non virtute praedictarum facultatum, neque contrahit excommunicationem latam in Tridentino, & cur.*
- 15 *Admittens non incurrit excommunicationem ratione participationis cum excommunicato in crimine criminoso, quia talis excommunicatio non incurritur, nisi praeterea denuntiatione excommunicati.*
- 16 *Ingressi tam praetextu facultatum, quas nouit irritas esse ob reuocationem Gregorij XIII. quam praetextu facultatum inualidae obtemerum ob subreptionem, vel aliam causam, probabilis non contrahit excommunicationem, & poenas dicti motus.*
- 17 *Non enim nulla sunt partes, & qualitates.*
- 18 *Nomine praetextus non venit qualibet causa, sed solum illa, de qua in casu sermo est.*
- 19 *Idem est ingredi ex facultate valida obtema, sed iam reuocata, ac ingredi ex facultate inualide obtema quoad ius ingrediendi, non autem quoad poenas ingredientibus impositas.*
- 20 *Ingressi si tempore ingressus fingeret se habere*